

- potestate relinqui. nunquid enim? que res aguntur a nobis, harum rerum non est voluntas nostra principium et causa? itaque, si, verbi causa, prescivit Deus me postridie de sacrorum iure, quod canonicum appellatur, cum Anthonio disputaturum, nonne id etiam previdit, 5 futurum esse ut disputare velim ante quam disputem, hacque voluntate tanquam causa disputacionem consecuturam tanquam effectum voluntatis? ita ut, si ulla est causarum series, cui annectatur hec disputatio tanquam eventus, illi seriei mea voluntas insit^(a) tanquam eius una portio non exigua, ymo, si in hoc licet intrepide 10 loqui, etiam precipua et immediatissima. an ergo necessario faciam quod nullo compellente, voluntate autem suadente et imperante faciam? neminem reor ita cogitaturum, modo sit is qui se paciatur vinci rationibus, et qui nolit in aperta re contendere contra veritatem. « at nichil fit quod non antegressa sit causa ». quasi vero 15 quodcumque causa preveniente fiat, id necesse sit fieri; quo quid absurdus dici potest aut inconsideratius existimari? ut enim omitam de actibus voluntariis contingentes et fortuitos, quot^(b) reputamus et dicimus; quo fit ut, sicut aliqua necessario fieri videmus, nonnulla contingenter et fortuito, quedam etiam voluntate; sic triplicem recognoscamus causam esse: necessariam seu naturalem, 20 voluntariam, et fortuitam. ab naturali causa forinsecus non impedita semper idem prodit eventus; ab voluntaria non idem semper; fortuita nos latet. o clementiam infinitam summi Opificis, o eius etiam inextimabilem largitatem! non enim elatus fuit, non avarus, 25 non invidus, non etiam se ipsum tantum amans, qui mundum et quecumque fiunt in eo, solus gubernare et solus agere potuisset. at id tamen noluit, sed gubernationem et causalitatem rebus inferioribus communicavit, vario tamen modo iuxta cuiusque^(c) naturam et dignitatem.
- 30 Ut enim inchoemus a causa naturali, quisque videt ab aqua et luna tanquam naturali et necessaria causa frigus et humectationem, ab igne et sole siccitatem et estum in ea que apposita sunt gigni. sed ut etiam voluntarias causas attingam, omnes percepimus nostra voluntate nos in unum, mox in aliud longe diversum, non- 35 nunquam etiam adversum ferri libero iudicio, idque tanta celeritate

Di ogni nostro atto la nostra volontà è principio e causa,

sicché, se Dio prevede l'atto di disputare, Dio ha previsto, come causa antecedente, la volontà nell'agente di disputare,

e pertanto ha disposto che, ove vi sia una serie di cause, parte principale di questa sia essa volontà.

Come può dunque ragionevolmente credersi necessario cedere a questo atto, che non dipende da alcun arbitrio esterno?

Nè dicasi che un atto sia necessario perchè è effetto d'una causa antecedente,

poiché tale causa può essere o naturale o volontaria o fortuita, e soltanto una causa naturale e non impedita produce sempre lo stesso effetto.

Esalta la bontà di Dio nel chiamare gli enti inferiori a partecipare, ciascuno nel suo modo e grado, alla causalità dell'universo.

Illustra poi per via d'esempi la causa naturale,

volontaria,

(a) *M* iussit

(b) *M* quod

(c) *M* cuiuscunque